Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749159-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749159-p0002-2

No. VIII.

MISCELLANEÆ THESES.

Quas
Occaſione Diſcurſuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.
privato-publicæ disquiſitioni ſubmittunt
Reſpondens
ALBINUS Ehrenfried ULRICI,
& *Opponentes*
DD. LIEBCHEN ET de WINNIG,
d. 18. Februar. MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749159-p0004-3

I.

POſſeſſio in ſe nullum jus tribuit internum, externos tamen effectus largitur etiam ipſi latroni, prædoni, furi, ita ut rei vindicatione rem ſibi iterum furto ablatam ex jure in re vindicare & ſimul contra furem furti agere poſſit.

II.

Ex jure Naturali difficilis quidem eruitur nudæ poſſeſſionis ſine titulo defenſio, etiamſi longisſimi temporis præſcriptio acceſſerit; Multùm verò illi ſuccurrit Juris Gentium principium, qvo inter eſt Societatis Humanæ, non turbari poſſeſſionem, immemoriali præſcriptione munitam: Ut litium & bellorum finis ſit: Qvi obtineri neqvit, ſi ſemper ad prima poſſeſſionis initia reſpiciendum eſſet. Nam & ipſis Romanis ad caſulas ſuas primas redeundum fuiſſet. Non iniqvè ita judicante Carnêade.

III.

Atque ex hôc principiô Chriſtus ipſe Imperii â Romanis in Judæos vindicati jus prætenſum ſi non approbavit, certè non improbavit. Qvod ex Reſponſo ejusdem colligere licet: *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.*

IV.

Reductivè tamen poſſeſſionis Principia licet iniqva ex Jure N. defendi poſſunt: multo magis inſuper ex Jure G.; plenisſimè verò ex jure Civili.

V. Li-

V.

Licet poſſeſſionis continuatio reqvirat animum ſibi habendi, qvem tamen cùm non habeant furioſus & infans, nihilominus accedente Curatoris conſenſu aut tutoris autoritate poſſidere dicuntur *L. 1. §. 3. ff. de Acqv. Poſſeſſ.* Ratio verò in dictâ lege allegata & recipi & impugnari poteſt.

VI.

Ex Poſſesſionis ratione rectiſſimè defendi poſſunt tituli Sanctiſſimus, Chriſtianisſimus, Catholicus, Orthodoxus; quos Evangelici rectè deferunt Pontifici & Regibus à Religione Evangelicâ diſſentientibus. Titulum verò Sereniſſimi ipſo jure ſibi vindicant Principes Imperii Romani, ita ut ab ipſo Pontifice hoc titulo honeſtari debeant.

VII.

Sed & ex eâdem poſſeſſionis (quanqvàm etiam ex aliâ potiori juris ratione) Tituli Defenſoris Fidei, Capitis Ecclesiæ, debentur Evangelicis Principibus etiam ab ipſis Romano Catholicis.

VIII.

Dubitatio antecedens conſtituit Poſſeſſorem in malâ fide; minimè verò ſubſequens.

IX.

Poteſt quandoque poſſeſſor cauſam poſſeſſionis ſuæ mutare, ita ut plenius jus conſequatur. Sed effectu magis juris, quàm ipſo jure hinc fruitur.

X.

Proverbium illud: *Felix Poſſeſſor*; & iniquitatis aſylum eſt & ſimul optimæ cauſæ præſidium.

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749159-p0006-5

01 A 6541
f
ULB Halle 3
003 090 396
TA → OL
K 18
VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749159-p0008-6

40

No. VIII.

MISCELLANEÆ THESES.

Quas
Occaſione Diſcurſuum publicorum
collectas,
SUB PRÆSIDIO
JOANN à SCHULTZ SZULECKI, JCT.
privato-publicæ diſquiſitioni ſubmittunt
Reſpondens
ALBINUS Ehrenfried ULRICI,
& *Opponentes*
DD. LIEBCHEN ET de WINNIG,
d. 18. Februar. MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,
Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Farbkarte #13
B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749159-p0009-5
DFG